bellis fuissem, tunc pulchrum tibi fuisset
vincire reum Sedeciam, gloriae Habraicae
praedonem, proprij Regni proditorem, quod quia
non feci ego rebellis vocor? te hic apello
vindex superbiae Deus audi cur reus ante hoc
tribunal dicar iugulum cruento impij Regis
mucroni non praebui, populum meum ad lanie,
nam non duxi, Regna defendi patria quod
Regem decuit feci, quod principem egi, hoste
potius quam cives persequi constitui, hoc cri,
men hac causa: adeste omnes terrarum
habitatores qui patrios penates ab hostium
insidijs vindicastis, omnes adeste, ad hoc
Nabuchodonosoris tribunal quisquis aequum
colit citatur reus, omnes qui propria e prae,
donum manibus extorquetis, damnantur à
Caldaeorum principe. et non erubescis ò
Imperator illos rebelles appellare, qui esse no,
luerunt et non times omnium animos in te unum
conspiraturos qui nisi te extincto, liberis
coniugibus, parentibus, Patriae, aris, Deo, sibi, .

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 341r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/341r)